Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13

Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566

Ianuarius 1564

urn:nbn:de:bsz:31-84715

Visual Library

REGISTRATVRA ANNI 2c

M · D · LXIIII

IANVARIVS

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Maximilianus &c.

Medicis Cæsareis

247. Lectis literis vestris rationem rectæ valetudinis Sac.ae Cæs.ae Mtis, domini et genitoris nri obs.mi simul et fidem exploratam diligentiam, fœlicitatemq; Vram circa curationem vigilantiss.am, summa cum voluptate cognouimus. Quam et deinceps pstare vos, et in frequenti scribendi sedulitate persistere volumus, et clementer ex singularj erga vos benignitate Nra hortamur. Facturj nobis, ob amorem et reuerentiam propensissimam, pietatemq; nram filialem in Imperatoriam eius Mtem, cuius vita, nra nobis charior est, & vro debito officio dignam, longè rem gratissimam, & à nostra Regia clementia vobis relaturam. Datum Libnæ Inferioris Lusatiæ. iiii.a Januarij. Anno M. D. LXIIII.o

Maximilianus &c

Andreæ Bathori

248.

Memores antiquæ tuæ fidei & virtutis, temporibus necessariis constanter erga Sac.am Cæs.am Mt.em, dominum et genitorem nrum clementissimum, ac Nos quoq; et patriam tuam regnum Hungariæ pstitisti. Ad petitionem uotaq; tua in rebus tuis Mti suæ Cæs.ae scripsimus, & diligenter apud suam Mtem pro te intercessimus, amanter rogantes, ut pro innato suo erga nos amore paterno, uelit Sac.a sua Mtas Cæs.a utranq; actionem in foro Spirituali, ad reditum usq; nrum, integram suspendere, et iudiciano processui, ac Epo Paulo Bornemisza, silentium eo usq; imponere. Quod haud dubiè suam Mtem Cæsaream facturam confidimus. Quod ad castrum Selyn attinet, Volumus omnino te persuadeas, hoc q; de Regia nra erga te clementia pollicearis, nos non omissuros, quin aliqua expedita & bona ratio, ac uia, & breui (ut in eo quoq; nostrum in te fauorem sentias) inueniatur. Datum Budismij xvij. Januarij. Anno 64.

Maximilianus &c

2490

Comiti Scipioni ab Archo

Et tuis et medicorum literis, quid de Sacratissima Cæs.a Mte agatur, certiores facti sumus: idq; dolorem Nobis attulit maximu.

Speramus tamen Dominum Deum nostrum exauditurum preces, & Cæs.am Mt.em suam, diutius Nobis incolumem ac superstitem facturum. Studium uero tuum Nobis gratissimum, in omnibus sedulò diligenterq; ad Nos scribendis laudamus ac magnopere comprobamus: Cupimusq; ut idem in posterum et q̃q; creberrime de te expectare possimus. Tuis enim longè maiorem, quam Medicorum literis, fidem adhibemus, Quod si incessanter continuaueris, Nobis non solum rem summe gratam feceris, Verum etiam benignam erga te Voluntatem nostram quam maxime adauxeris. Datum Budissæ die XVII Januarij Anno 64.

Maximilianus &c

Cæsareis Medicis

250.

Non sine magna animi perturbatione ea, quæ de Sac.mæ Cæs.æ Mt.is Dñi et Genitoris nostri clementissimi Valetudine minus comoda, ad Nos scripsistis, legimus ac intelleximus. Verum à Deo opt. Max.o omnium bonorum authore, indies meliora sperabimus; Eumq; pro meliore ac diuturna Mt.is suæ Valetudine, quod facimus, indesinenter inuocabimus. Vobis

autem nihil tam arduum, tamq; graue, ac molestum sit, quin oia, quæ ad Sac.ae Cæs.ae Mt.is suæ incolumitatem spectare uidebuntur, (de quo tamen nobis persuasissimum est.) faciatis cùm sedulò, tùm diligenter. Vosq; (quod necessarium omnino ducimus.) bimis uolumus hebdomadatim lris, quid de Cæs.ae Mt.is sua agatur, admonere. Inprimis uerò, quid de Cæs.ae Mt.is sua nobis planè sbei reliquum sit, à Vobis confidenter cognoscere cupimus. Quare et id nobis apertè, et omni circuitione postposita, significare ne ressetis. Quo gratius Nobis, pro præsenti rerum statu, facere nihil poteritis. Datum Budissæ xvii. Januarij An.o 1564.

Maximilianus &c

Sigismundo Tordæ.

251.

Literas tuas, quibus ad nuptias Nos tuas, cum Dorothea Grew: rewdia relicta quon. Josæ Gryczy vidua, ad xxv huius men: sis Posonij celebrandas inuitas, benignè accepimus ac legimus. Quo: niam aut non modò ipsius operis per se pij et honesti respectu, sed etiam seruitiorum tuorum Sac.ae Cæs.ae Mt.is et Nobis hactenus fideliter prestitorum intuitu id libenter facimus.

Quapropter mittimus ad te una cum his sine superscriptione lrãs, Vt aliquem ex nobilitate quis plus tibi cordi fuerit deligas, eiusq; nomen superscribas, qui nr̃o nomine p.tis tuis nuptijs intersit, easq; ad optatum finem perducere iuuet. Dedimus etiam Cameræ nr̃æ Austriacæ Vicepr̃sidi Adamo à Schmekhowiz in mandatis, ut munus uel honorarium, Sponsæ tuæ nomine nr̃o offerendum, tibi cum his tradat, Id tu ab eo ubi voles, petes. Benignitate tibi nostra in posterum quoq; haud defuturi. Datum Budissini XVII.a Januarij Anno 64.o

Sacra.mæ Cæs.æ Mt.i

262. Notus fidelibus seruitijs honesti fidelis nr̃i Alexij Rychan, proximæ ductoris equitatus leuioris armaturæ, qui contra hostem nominis Christiani honesta monomachia foelr dimicauit, et uaria testimonia suæ militiæ, sæpius edidit. Cuius et moiares, Caspar Rychan scz., supmus Capitaneus in prouintijs Mt.is Vr̃æ. Cæs. mortuus est. Quem insignium aliquot virorum commendatione mihi comprobatum, Sac.æ Cæs. Mt.i Vr̃æ diligenter commendo, Vt C. Si

fieri possit.) suum ordinem priorem ad LX. equites, et ea decreta æquitati consona (quæ humiliter petit) obtinere possit. Datum Budissinij XVI Januarij Anno M.D.LXIIII.

Sac.æ Cæs.æ Mt.i

253. Sac.æ Mt.i Vræ his annexas mitto Andreæ de Bathorj Supplices superioribus diebus ad me datas literas, Simulq; submisse Mtem Vram oro. Vt Mtas Vra Sac. pro pristina sua erga me Clementia, actionem utranq;, quam in foro Spirituali Epus Paulus Bornemisza, contra eundem Bathori intentauit, integram ad reditum usq; meum suspendere uelit. Et litigantibus silentium eo usq; imponere. Porro quod ad Castrum Selyn. licet ea sit res plena summæ difficultatis et impensæ, Visum tamen mihi est hac mea filiali intercessione, precibus suis pro hac uice acquiescere. Budissini XVII.a Januarij. A.o 64.

Maximilianus &c

254. Joanni Epo Missnensi

Cum omnium humanarum actionum successus foelices à solo & præpotenti Deo, petendi et expectandi sint: Tuaq; Deuotio, pro ipsorum largitione benigna gratiarum actione, eundem ut uthorem et datorem bonorum omnium in Deuot.is tuæ literis ad Nos datis celebras et agnoscis: Nobiscum hoc idem commune facis. Ideoq; et gratulatio tua, quam ex intimo cordis affectu procedere significas: et exoptatio pro foelici Regnorum nrorum auspitio nobis gratissima accidit: Iaq; Diuina fauente clementia sic gubernabimus, ne quid à maiorum nostrorum uirtute declinasse aut decessisse uideamur. Deuot.nem uero tuam nra benignitate lubenter fouebimus et tuebimur, hæcq; pauca ad pfatas Deu. tuæ lras respondenda duximus. Datum Budissini die XVIII.a Januarij Anno M.D.LXIIII.o

Cæsareæ M.ti

255.

Sacra:æ Cæs.æ M.tis Vræ literas, IX huius mensis ad me datas, debita cum obseruantia accepi: ex ijsq; M.tis Vræ Consilij rationes grauissimas, de Ordinario Oratore ad Regem Poloniæ, Affinem meum ablevando, rectè percepi. Quod quidē

Mtis Vrae consilium, ex sapientissimo pientissimoq; corde processisse dubium non est: idq; ipsum ut maturum: ita omnino factu necessarium esse statuo, tam ex rationibus, à Caes.a Mta: Vra adductis, quam alijs non minus prægnantibus causis, de quibus tamen Deo dante cum Mta Vra coram. Insuper uero Mtem Vram obsequenter celare nolo, nuper Vratislauiæ occasionem ita mihi suppeditatam esse, ut mihi tum omnino è re fore uisum sit, ad dictum Poloniæ Regem, duos Oratores ablegare, qui ea Dis.ni suæ, priuato meo nomine referret, quæ ex Instructione (cuius copia his inclusa cernitur.) Mta Vra latius cognoscere poterit. Quo in negotio Langi potius, quàm Logi senioris opera uti maluissem, nisi aggrauescens ætas, ac uirium imbecillitas, illum mihi probè excusatum reddidisset. Ideoq; Sigismundo Kurtzbachio Viro integro, et industrio seniorem Logum adiunxi, eisq; hoc specialiter iniunxi, ut quamprimum intelligerent, Conuentum Varsensem peractum esse, ipsi quoq; ulterius neutiq; progrederentur, sed recta recurrerent, remissis ad me et Instructione et literis Credentialibus. Suaderem itaq; hocce negotij, in paruam adhuc moram protrahendum: Donec uel præfati Oratores mei, idipsum quod in mandatis habent exequerentur, uel Conuentu

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Varsensi iam dissoluto, reditum cum relatione maturarent. Interea temporis et mihi ad Mtem Vram redeundi spacium Deo propitio daretur, Vbi de Ordinario Mtis Vræ Legato, eiusq; persona ac Instructione, communitatis consilijs posset commodius deliberarj. Decreueram mecum Legationis antedictæ causas, simul cum consecuto fine et effectu, coram Mti Vræ exponere: Nunc, caput illud tertium de rebus Moscouiticis primo quoq; tempore ad illos perscribam, utq; de omnibus rebus, inprimis uerò quid ab illa parte periculi certò impendeat, acuratissimè inquirant eos diligenter commonefaciam. Hæc Cæsa Mti Vræ ad præsentes literas cum obseruantia debita respondere Volui. Budissini XIX.a Januarij Anno 2f. M.D.LXIIII.o

Maximilianus etc.

2560 Assiduum studium fidem, in nris rebus solertiam, fidelis nostri Sigismundus Torda, Consiliarius noster cum sæpius nobis probauerit: Atq; nunc legitimas nuptias cum Posonij, ad XXV Januarij celebrare constituerit. Nostram igitur in eum Regiam gram

declarare uolentes. Quare fidelitati tuæ ut solemitatem nuptiarum coram nra in persona adiuues, et psens adsis, uolumus et mandamus. In eo, nobis fieri gratum, et à nra benignitate, gram tibi referri intelliges. Datum Budissmi die xxv Januarij Anno p 1564.

Cæsareæ Maiestati

257

LXIV. Quod et Mtis Vræ pristina et benigna admonitio, et cura pacis publicæ in orbe Christiano conseruandæ me literis suis adhortatur, facio libenter, ut in medium cõsulam, et glisenti tumultui Gallico, propter citationem à Pont. Max. Romæ contra Ducissã Vendosme (Titulum Regium Hanarensem aliãs sibi uendicante) publicatam, si commodè fieri possit occurat, cum et Christianiss. Rex, tantopere apud Mtem Vram, et me quoq; solicite laboret: Tum et solaea de causa Romam expedire cogitet Doyselium equitem ordinis Sti Michaelis. Quocirca ad amussim oia in eo casu, ego quoq; considerans haud psentius seu comodius consilium pro tempore nunc quidem inirj posse eorum, quam illud ipsum est tertium, et ultimu in ordine à Mte Vra sapientissime propositum, præsertim

cum res sit tanti et tam maximi momenti, concernens simul cum Mte. Vra et me et Regem Catholicum. Ab Vrbe igitur à Comite Prospero, ulterior et certior informatio expectanda est. Et dum nudius tertius Orator isdem Gallus me in eadem causa hic interpellauerit, respondendum ei duxi in eandem qua et Mtas Vra (certi nihil) sententiam. adfirmauit quidem se haud ignarum esse eius, quod Mtas Vra super eo negotio Consilium et opinionem meam per lras cognoscere uoluerit, de quo nonnihil miratus sum. Reliqua oia de quibus mecum egit, in reditum usq; meum ad Mtam Vram plane in suspenso relinquere uolui. etc. Quod superest &c. Datum Prage XXIXa Januarij. Anno M.D.LXIIII.

Cæsareæ Mti.

LXV. 258 Sacratissimæ Mtis Vræ paternas binas lras XVII. alteras uero XX psentis Mensis ad me datas cum annexis omnibus scripturis Thurcicis submisse accepi. Easq; primam nactus opportunitatem integras psente chamo elno fratre meo, Archiduce Ferdinando,

recitari, nec non maturam mox deliberationem dhiberj curaui.

Quod igitur primum ad acta Pauli Palynæ et Alberti de Wiss. scripta, et informationes attinet, lubenter quidem intellexi, causam Pacis octennalis cum Principe Thurcarum, usq; adeo bono loco esse positam: Vtpotè quod Sac. Mtas Vrã non solùm articulos, et Emendationes, quæ in literis Induciarũ antea desyderabantur, nunc ex animi sententia per omnia ualida compromissione, integrè sit consecuta, quin et tàm manifesta indicia et firma argumenta certæ pacis ac diuturnæ, à Principe Thurcarum nunc ostendantur, et promissa sint: dumõdo eadem synceritate illi ex Cæs. itidem Mtis Vrã parte respondeatur, et reliquum muneris honorarij tempestiuè, integrè et statuto planè tempore præstetur.

Quapropter sicut et antea in ea semper fui sententia, ita ut nũc sentio, in duobus ꝑcipuis punctis, fundamentum conseruandæ pacis stabilis, penitus consistere. Primò, et maximè necessario, Vt certissima sint honoraria, et integrè ad statuta tempora Principi Thurcarum, et eius Passis Vesirijs expediantur, ꝑsertim ea, quorum solutio Mti Vrã etiamnum incumbit. Alterò,

ut in confinijs Mtis Vrae milites psidiarij in officio, rigidissimaq; discipli-
na, et manutenendae pacis metu contineantur. Nec contra articu-
los et Pacta Induciarum, uel minimum quicq; attentare audeant.
Si qui uero violatores eiuscemodj pacis fuerint inuenti, sine discre-
tione personarum, uel illi Capitanei, aut gregarij milites existant, pro
qualitate delictorum, irremissibiliter et Seuerissime puniantur.
Qua uero ratione et via, tam breuj temporis spacio, tam grandis
Suma, imensaq; uis pecuniae confestim, et unde conficiatur, hoc opus
hic labor est. Sed cum aliter fierj nequeat, nec Vram Mtem
aliud facere posse, summa urgeat necessitas, licet illud supra-
modum graue et molestum sit, Proinde super eo Mtas Vra me pa-
terne et clementer admoneat, ut et ipse in medium porro con-
sulam, meisq; consilijs causam remiq; totam adiuuem: Sed hoc
ipsum agnosco Iure me astrictum: Et ideo ad hoc usq; tem-
pus, sollicite admodum, et maxima cum sedulitate, ut et
nunc facio, nihil profecto intentatum reliqui, totusq; in hoc
fui, ut rationes aliquae inuenirentur consequendae pecuniae.
Nec in posterum patiar, meam fidelem et operam et diligen-
tiam, in causa tam necessaria desyderarj. Verum eminuero
omnibus rationibus rei numariae eo adductis et confectis, insuf-

ficientes equidem collationes illas, ad honorarium munus tam ingens animaduerti: Vt interim taceam illam inauditam et grauem confinorum inopiam, et debiti stipendij solutionem &c. Quare Mtis Vrae ad conficiendam hanc rem numariam, meis tractatibus non minium confidat, sed ipsa nihilominus imprimis cogitet, adminuenire expeditas rationes ac modos, potiorem omnino parte eius summae pecuniariae colligendae (cum enim manifestissimum sit, hoc tempore non modo initam hanc Pacem, Verum et Mtis Vrae Sae. fidem et authoritatem consistere in adimplendo hoc munere tempore debito, (quod breuissimum est.) Ideoq; summa vigilantia opus esse censeo, et ut uel cum iactura aliqua et damno etiam non modico hac tanta pecuniae uis, quam ocyssime corradatur. In quo iuuando diligentiam meam filialem, sollicitudinem et studium obsequentissimum Mtis Vrae sancte promitto.

Ceterum quod attinet ad pacta induciarum in Confinijs recte obseruanda, Mihi quidem (vt antea attigi) maxime necessarium esse uidetur, milites Ipsidiarios non modo disciplina seueriori coërcendos esse, Verum et à Mte Vra curari oportere: Vt Italy Passae oblata spes et fides, admonitionis locum apud Mtem Vram obtinuisse iudicetur. Praecipue in eo Miseri

Subditi Utriq; parti census pstantes, nouis exactionibus à proce:
ribus, et statibus Hungariæ, et Arcium, ac Confiniorum Præfectis
ullouis modo grauentur. Etsi enim in illis ad me datis lris Mtis
Vrã huius rei nullam mentionem fecerit; tamen hoc nequaquam
dissimulãdum ac pmittendum esse uidetur. Vtpote opus salutare
pium et prorsus necessarium, magisq; Christiano pectori, quam in:
fideli exoptabile. Vnde consulerem, dum Mtas Vrã Proceribus Hun:
garicis est significatura has, quas nunc ex animi sententia à Pri:
cipe Thurcarum obtinuit declarationes et emendationes, Vt simul gra:
uiter illis etiam imperet, Vt ab omnibus nouis exactionibus et graua:
minibus subditorum, Deinde et ab excursionibus, ac deprædationibus,
quas per suos plagiarios, siue Haydones gratuitos exercere solẽt.
Nec minus necessarium et illud, Vt in omnibus confinijs, ubi præ:
sidiarij milites constituti sunt, publicatis edictis rigidissime ab
eruptionibus et siue publicis siue clandestinis rapinis, ac in:
terceptionibus penitus abstineant. Ex ea publicatione Man:
datorum Vicini Thurcæ animaduertent seriam Voluntatem
Mtis Vrãe, in conseruationæ initæ pacis. Præsertim si qui con:
tumaces asperiori condigna poena, sine personarũ respectu
ita plectantur, ut non solùm alijs exemplo sint, Verum

etiam et Thurcis testimonio, Idq; eo magis, cum Thurca ipse tam æquam in publica pace colenda se p̄beat: Locumtenenteq; Budæ nouum Passam mansuetū et moderatum (ut commendatur) præfecerit, et eidem in mandatis dederit, semouendi cunctos turbulentiores Sanziacchos eos uidelicet, qui à quiete publica videntur esse alieni. Quapropter maximè necessarium mihi uidetur, ut et à M^ta^ Vr̄a eadem p̄stetur gubernatio. Capitaneis uerò irrequietioribus, imo omnibus rapacioribus, Inprimis uerò Francisco Zaÿ, et Melchiori Balassæ certum et durum froenum inyciatur.

Inter quæ cùm et sum̄opere contendat Princeps Thurcarum flagitetq;, Vt gratuiti Haydones ab Incursionibus et Turbationibus finium Thurcicorum non modo prohibeantur, sed etiam in uniuersum expellantur, Super eo memini iamdudum in Consilio deliberationes factas esse ualde idoneas, et inter cætera decretum, Vt M^tas^ Vr̄a in præcipua confinia, nempe Cassouiam, Gyulam, Agriam, Zygeth, et N. N. N. Commissarios expedire ac collocare omnino debeat, quibus hoc seriosè committatur, Vt rigidissimè et grauiter Voluntatē et Decreta M^tis^ Vr̄æ Exequutioni demandent, tum ratione

prohibitarum excursionum, tum punicionis et omnimodæ expulsionis ac exterminationis istorum gratuitorum Haydonum, et quorumuis aliorum, prædæ causa uagantium, grassantiũq; Id quod nunc demùm meo quidem Iuditio longè erit conuenientissimũ, et factu ad primè necessariũ, eam nempe commissariorũ ordinationem minimè postponẽdãquin maturè prorsus faciendam esse.

Cæterum ut Mp.tas Vrã Alberto de Wyss in eam sententiam, Veluti constituit rescribat, et ei plenariam potestatem det, Principi Thurcarum certissimam spem faciendi, de residuo munere honorario eodemq; integro mense Junij indubitate transmittendo ꝑ Idipsum et mihi probatur, nec à Mp.tis Vrã aliter fieri posse arbitror.

Quod autem ad liberationem Captiuorũ hinc inde faciendam attinet, omnia in arbitrio, et deliberatione Mp.tis Vræ relinquo.

Quin etiam illud iudico opere prætiũ esse, Vt Mp.tas Vrã Sac. Albertum expensis necessarijs omninò prouideat, ne obæratus sordidè et fortè non sine aliqua diminutione authoritatis Mp.tis Vræ illic uiuere cogatur, proinde et alacrior

in seruitijs Mtis Vrae uersetur (quod et fideliter, et diligenter hactenus meo iuditio fecit) possitq; de hinc in illa sua Legatione eo diutius retineri.

De Alberti verò Lasky Irruptionibus in Moldauiam, Mtis Vrae seu excuset maximè suadeo.)

Caterum illud etiam non Ptermittendum Videtur, Vt successor nouus Passa Budensis post eius aduentum aliquo honorario munere demulceatur. Non tamen existimauerim earatione scribendum prius ad eum, quam ab eo literas accepero (quas breui haud dubiè mittet) qua arrepta occasione, opportunè et beneuolè per me illi respondendum, et simul, uel etiam post simul cum transmissione Turcici honorarij, aliquo singulari munusculo illum quoq; excipiendum esse arbitror.

Et hæc paucis, hactenus ad literas Mtis Vrae priores.

Ad alteras uero die xx. January, cum inclusis Alberti de Wiss de vii Decembris Constantinopoli datis, hoc sentio, quod idem Iuditium meum cum uoluntate Sac. Mtis Vrae conueniat, circa duo hæc præcipua, quæ maturam omnino considerationem exigunt. Primum, quæ basis et

scopus est totius negotij, tempestiua munerũ expeditio de quibus s̃ copiosè satis. Et quantumuis in eo mea fidelis diligentia desiderarj nunq̃ poterit, Non tamen Sac. Mtas Vrã se ei omnino cõmittat, et fidat, Per me quidem aliquid confici posse spero, per Mtem autem uestram longè plus confici oportere animaduerto, præsertim cum tempus et terminus præfixus, adeo sit angustq, imò iam iam instet. Secundum uerò, quod nequaq̃ negligendum, contemnendumuè, Practica scilicet transyluanica, de ratione p̃sertim liberationis Bebegky, simul cum defectione Arcium, et Dominiorum suorum.

In quo Responsa Principis Turcarum Legatis Transyluanicis data, maximam profectò uigilantiam postulant, Itaq̃ à Mte Vrã hoc sapientia singularj actum est, Vt illis capitaneis duobus Francisco Zay, et Melchiorj Balassæ negotium dederit, super his fidelem et indefessam excubationem incessanter faciendj: Proinde et hoc quoq̃, quod Mtas Vrã innuere uidetur, haud inconsultum fore censeo, Nempe ut Mtas V. Vxori Bebekj aliqua ex parte, ac certis conditionibus et modis ratione habilitationis filiarum in locum Masculini sexus, gratificari uelle ostendat: Idq̃ eo magis, quod Mti

Vrae constat, quam pertinaciter hactenus saepedicta Matrona recusauerit in praecipuas mariti arces, nimirum Zard, Grasnabarcha, et Zendrew ullum penitus Mtis V. praesidium admittere, ita ut et praesidiarius Mtis V. miles quo oppidum Zendrew dudum firmauit, in arcem illam recipi hactenus nunq; passa sit.

Ne igitur praelibata mulier, adeo ut uidetur nutans, dubieq; fidei esse, spe aliqua liberationis mariti, alique ex abrupto, Vna cum arcibus inopinatam forte defectionem ad hostes faciat, cum manifestissimo damno, et dedecore et Mtis V., et Vniuersi Regni Hungariae praesertim circumuicinis Regionibus, Vtpote toti Ditioni eis et ultra Tibiscum, cum periculosa expectatione tumultuum et defectionum, praesertim in Comitatu Zepusiensi, et consequenter confinijs Stiriae, Giulae, Zigeth, et Guitatibus montanis, alijsq; adiacentibus. Ideo optimam rationem in hac causa esse uideo, Vt modo de quo supra, cum ea Bebeghi uxore accomodatissime tractetur, et in eo tractatu cum ea, talibus uel similibus pactionibus prorsus transigatur.

Quod Mtus Vra filias eius legitimo successionis Mtis Vrae titulo non obstante aliqua ex parte habilitandis.

animo non sit alieno: hac tamen conditione omnino interposita, ut ipsa uicissim pro bono publico in tribus pnominatis castris Mtis Vrae psidia recipiantur. Consuluerim autem ad eum Tractatum cum ipsa maturè et absq; remora descendi debere. Hoc forte sub ptextu, ut ei significetur: Quoniam proximis Comitijs Posoniensibus, ad Intercessionem meam, et Serma Reginae Consortis meae charma ac statuum Regni, pro ea Mti Vrae, vnà cum oblata eius supplicatione factam, tum temporis ob molem negotiorum, nil certi statui uel responderj potuisse, Ideo per Mtem Vram ea nunc, unà cum pfatis suffragijs ꝯ in memoriam reuocata esse, Velle igitur Mtem Vram ad certum aliquem diem sibi pfigendum, eam in persona Viennae apud Mtem Vram comparere, Aut procuratores eius cum plenaria potestate et Instructione mittj. Cogitare nanq; Mtem Vram in memorata eius supplici causa se tractatum cum ipsa planè clementissimum ingredj, et omnem clementiam ostendere.

Postremo uerò in causa illa transyluanica, quam apud Principem Thurcarum cum suis incolis, filius ille Regis

Joannis instituit, eadem in sententia cum Mtis Vrã sum: quod cum altera eius Mtis Vrã nota tractatione, hi Thurcici tractatus, pessimè conueniant, et ille in suo incepto, et cogitationibus mordicus perseueret, seq̃ et fortunas suas, præter reliqua omnia planè indecentissima, etiam futuro Selymi fauore roborare, et ab eius clementia et foedere pendere uelle ostendat. Alt, utut res se habeat, nunc demum Stephani Bathorij reditum ante oĩa iuxta spem Kerecchimo nuper factam, expectandum esse existimo.

Quæ tamen oĩa ex Syncero filialis obedientiæ cultu profecta, paternæ, et perclementj Voluntati Sac. Mtis V. humilimè submitto. Datum In Arce Regia Pragen. xxx.a die Januarij. Anno 64.